

num instituta locus aliquis. pro vsu quantumcumque pio deputatus absque auctoritate pontificali, religiosus aut sacer non efficitur, jdcirco nos, aream situatam stokholmis in insula dicta helghaanzsholm, ad orientalem partem pontis ibidem, per magnificum principem dominum waldemarum clare memorie quondam ducem sweorum ob honorem dei, animeque sue remedium, sancte ecclesie pro pauperibus illic recolligendis oblatam, nomine ipsius ecclesie pro vsu iam dicto deuote suscipimus per presentes, ut locus sacer ac religiosus censeatur in posterum, auctoritate ordinaria, assensum beniuolum impercipientes eidem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud curiam nostram frøsaker, Anno domini. M^o. CCC^o. XX^o. die jouis proxima ante festum beati Olai.

Sigillet till hälften bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

2248.

1320 d. 1 Aug.

Nestwed.

Biskoparne PETRUS i Wiborg, OLOF i Odense, NILS i Börglum och ESGER i Århus samt ANDREAS PETERSSON m. fl. Danska Rådsherrar lofva, att Konung Christofer skall hålla det förbund, han den 17 April 1318 i Calmar ingått med Svenska Hertiginnorna Ingeborg, deras barn och rådgifvare. (Jfr N. 2146.)

Hadorphs afskr. i fol. pat. Sign. E. 80 b. p. 20. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus, PETRUS Wibergensis Frater, OLAUS Otthöniensis, NICHOLAUS Burglavensis [o: —nensis], ESGERUS Arusien-sis, miseracione divina Episcopi. ANDREAS PÆTERSUN, Prefectus Scanie, JOHANNES NICLÆSSON de Kaas, NICHOLAUS dictus HEE, JOHANNES KANNÆ, NICHOLAUS BOOK [o: BROK], PETRUS JÖNSSON de Kastlös, JOHANNES OFFÆSUN, JOHANNES PÆTERSUN TRÆKKÆHÆR, OLAVUS dictus FLÆMINGH, KAROLUS PÆTERSUN et KANUTUS NICLÆSSON Milites, Consilarii Domini Christofori, Regis Danorum illustris, salutem in Domino sempiternam. Noverint vniuersi, quod bona fide promittimus, quod Dominus noster Rex predictus placitacionem sub Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo octavo secunda feria proxima post Dominicam Palmarum Calmarnie factam cum inclitis Dominabus Ingeburge et Ingeburge Swethie Ducissis, liberis et earum Consiliariis tenebit, et firmiter observabit, prout in litteris suis apertis super hoc confectis plenius

*) Förekommer äfven i PERINGSKÖLDS *Dipl. Reg.* Tom. VI. Sign. E. 9, förmodligen afskrifvet efter Hadorphs copia. Namnet Book är senare rättadt till Brook. — Enligt PALMSKÖLDS Register i Riks-Archivet, lär derstädes hafva förvarats icke blott detta bref i original, utan äfven ett annat originalbref på Latin, innehållande Konung Christofers stadfäselse på det förbund han i Calmar hade afslutat med Hertiginnorna, dat. Saxkiöbing die Jacobi d. 25 Juli 1320. Detta sednare dokument finnes nu hvarken i original eller i afskrift i Stockholms samlingar. Äfven i Köpenhamn har det förgäfves blifvit efterfrågadt. Originalen förstördes sannolikt vid slottsbranden 1697.

continetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Nestwerdis Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo, die beati Petri ad vincula.

Följande sigill äro aftecknade: Andreas Peterssons, Johan Kannes, Nils Broks, Olof Flemings, Carl Karsks och Knut Niclessons fullständiga, samt 2 andra ofullständiga.

2249.

1320 d. 3 Aug.

Spachuås.

ELENA TUNESDOTTER testamenterar penningar till Minoriter-brödernas kloster i Skara, der hon väljer sin graf, till domkyrkan och andra kyrkor i och utom Skara, till kloster, samt andra gåfvor till uppgifna personer, och pantsätter för dessa utgifter sin gård i Fjällåkra.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen, Ego ELENA TUNÆ DOTTER licet egra corpore sana tamen mente per dei gratiam, de bonis mihi a deo collatis volens anime mee salubriter providere, testamentum meum condo et ordino in hunc modum,, In primis do et lego fratribus minoribus scaris apud quos eligo sepulturam .XXX:ta. marchas denariorum, ecclesie beate virginis scaris decem marchas denariorum, ad fabricam ecclesie,, fratribus predicatoribus ibidem quinque marchas, ecclesijs vero beatorum petri, laurentij, et nicholai, necnon hospitali ibidem, cuilibet earum duas marchas, claustro in duastrum quinque marchas,, et similiter claustro in vernæam, Jtem cuilibet ecclesie in cuius parochia bona habeo lego dimidiam marcham ecclesie, et dimidiam sacerdoti, Jtem, benedicto magnusson, iohann gyridisson, et heluoni ionsson cuilibet eorum vnum equum,, de familiabus meis et collonia mea, in byrkisthorp liberorum meorum gracie derelinquo,, Pro istis autem soluendis curiam meam in falacrum inpignoro sub condicione que sequitur, videlicet quod si legata premissa infra annum soluta non fuerint, exequutores mei subscripti, pro solutione huius testamenti, curiam meam predictam vendendi cuicumque voluerint, plenam ac liberam habeant facultatem,, Huius autem ordinacionis et legacionis mee exequutores pono, viros discretos, videlicet dominum haquinum haralzson, dominum iohannem filium meum dilectum, et kanutum arubiornæson, quemlibet eorum insolidum, vt non sit melior condicio occupantis,, In huius autem ordinacionis testimonium quia proprium sigillum non habeo, sigilla dilectorum filiorum meorum, domini iohannis canonici scarensis, Tunonis, gõtari, et magni, presentibus sunt appensa,, Datum anno domini .M°. CCC°.XX°. in dominica ante laurencium in curia mea spachuaas.

Sigillen, utom N:o 1, Kaniken Johans, adliga, betydligt skadade och otydliga.